

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1764

Hesso

[urn:nbn:de:bsz:31-295098](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295098)

Curia Willre (*t*). Hæc ex priore cum Comite Strasbergæ matrimonio duas filias habuit, quarum unam Rudolphus III. Marchio Badensis, ut infra videbimus, alteram Waltherus de Horburg uxorem duxit.

Cognitionem Adelheidis cum Rudolpho I. & Alberto I. Imperatoribus schema sequens ostendit:

Albertus Sapiens, Comes Habsburg.

Rudolphus I. Imperator, † 1291.	Cunigunda, uxor Ottonis Domini in Ochsenstein.
Albertus I. Imperator, † 1308.	Adelheidis, uxor 1) Comitis de Strasberg. 2) Rudolphi II. March. Bad. 1287.

H E S S O.

§. VII.

Hesso, tertius Rudolphi I. Marchionis filius, cum Rudolpho I. Romanorum Rege Germershemii, vivo patre, versatus, privilegium civitatis WORMATIENSIS post ducem Austriae, ante Henricum Hachbergensem Marchionem & Conradum Ducem

Tom. II.

C 2

(*t*) GAMANSIUS.

HESSO.

Teccensem A. 1284. testis signavit, *Hesso Marchio de Baden.* (u)

Idem triennio post in ejusdem Cæsaris diplomate, Heilbronnæ scripto, reperimus, quo Hessonis frater, Rudolphus II. castrum Mülenberg uxori suæ in dotem adscribendi potestatem accepit, uti supra ostensum.

§. VIII.

Gesta
cum Co-
mite
Wirtenb.

Eberhardus Illustris, Wirtembergæ Comes, qui sub quinque Imperatoribus sæpe iniquies vixerat, Henricum VII. Imperatorem cum agnoscere recusasset, a Conrado Weinspergenfi Comite, Cæsaris per Sueviam Vicario, ejectus est terris; & ab Hefone nostro receptus, Besighemii, ad mortem usque vixit Henrici; a successore ejus, Ludovico Bavaro, suis terris restitutus. (x)

Eberhardus, beneficii memor, Hessonis, dein mortui, debita solvenda suscepit, atque cum filio Hessonis Hermanno tranlegit, qui castrum Reichenberg cum bonis inde pendentibus, Eberhardo dedit in pignus; ita quidem ut intra decennium libera filiis relucio esset; sed pecunia propria, non accepta in mutuum.

(u) MORITZ *von Ursprung der Reichsstätte* in Append. pag. 179. & LUDK-
WIG *Reliquiæ MSS. Diplomatum* Tom. II. p. 240.

(x) ALBERTUS *Argent. Chron.* pag. 115. Edit. Urftis.

Præter Reichenbergam, Bachnanga quoque oppidum & Beilstein tradita fuere Eberhardo. (y)

§. IX.

Annus mortis ejus certo non constat. GAMANSIUS Mors. eum ad A. 1317. ponit, & quidem recte, ut videtur; cum post hunc annum nulla ejus vivi mentio recurrat.

In Ludovici enim Imperatoris diplomate A. 1322. de quo infra sub Friderico II. vitium sine dubio irrepsit; cum Hessonem, Friderici II. Marchionis patruum A. 1322. inter vivos referat, Hesso in literis filii sui Rudolphi Hessonis, datis *an Sancti Thomas-tag 1319.* & in aliis ejusdem Rudolphi Hessonis *an der Mittewochen vor Sante Walpurgetag 1321.* jam refertur inter beatos vel mortuos; his verbis: *Wir Marcgrave Rudolf, Marcgrave Hezzen seligen Son von Baden.* Item: *Wir Rudolf von Gotz Gnaden ein Marcgrave von Baden, Marcgrave Hessen seligen Son.* (z)

Imo cum Fridericus II. Marchio A. 1318. villam Malsch cum castro Waldenfels Monachis Albenfibus venderet, venditionis literæ datæ die Sabbati post festum Ascensionis Domini firma-

C 3

(y) SATTLER pag. 140. qui anno 1296. Hessonem ad plures jam abiisse scribit pag. 135.

(z) Vide Codex Diplom. ad annum 1319. & 1321.

Hesso.

tæ fuerunt agnatorum tunc temporis superstitum figillis, Heinrici de Eberstein avunculi ejus, Rudolphi Marchionis senioris de Baden patruī ejus, Rudolphi Marchionis fratris ejus & Rudolphi Hessonis Marchionis de Baden. Nulla inter hos Hessonis mentio, cujus tamen consensus non fuisset neglectus, nisi eo jam tempore inter vivos esse desisset.

Quin & in ipso, quod citatum est, Ludovici Imperatoris diplomate, non Hesso noster, sed filius ejus Rudolphus Hesso intelligendus esse videtur. Postponitur enim Rudolpho III. non postponendus, si per Hessonem frater natus major Rudolphi III. indigitaretur. Erratum ergo à Secretario Imperatoris in vocibus *patruis suis*, cum alter tantum patruus, alter patruelis Frederici II. Marchionis fuerit.

§. X.

Uxor.

Irmengardim, Eberhardi, Comitis Wirtenbergenfis fororem, Hessoni nostro conjugem juniores quidam tribuunt scriptores; A. 1317. defunctam esse statuentes. (a) At monumentum sepulcrum, quod in monasterio Basileæ minoris, *Klingen* dicitur, superest, Claram custodit, quam ex Klingæ Dynastis prognatam ei tribuo uxorem. Annus mortis in lapide ejus sepulcrum deletus est. (b)

(a) RITTERSHUSIUS *Genealog.* Tab. 127. & reliqui.

(b) Legitur ibi: *Vrouna Clara Marggravinne von Baden.* Waltheri Domini à